Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sum sana me domine ℣ Conturbata sunt omnia ossa mea
et anima mea turbata est valde. Off. Domine fac mecum
misericordiam tuam propter nomen tuum quia suavis est misericordia tua. Com.
Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me letitia cum vultu tuo do-
Salus populi ego sum dicit dominus de quacumque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos et ero illorum dominus in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gr. Oculi omnium in te sperant domine
et tu das illis escam in tempore opportuno. ℣ Aperis tu manum
tuam et imples omne animal benedictione. Off. Si ambulavero
in medio tribulationis vivificabis me domine et super iram inimico-
rum meorum extendes manum tuam et salvum me fecit dextera
tua. Co. Tu mandasti mandata tua custodire nimis utinam
dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Fer. vi.
Fac mecum domine signum in bono ut videant qui me oderunt
et confundantur quia tu domine adiuvasti me et consolatus es me. Ps.
Inclina domine aurem tuam et exaudi me quia inops et pauper sum ego. Gr. In deo speravit cor meum et adiutus sum et refloruit
caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. ℣ Ad te domine clama-
bo deus meus ne sileas ne discedas a me. Off. Intende voci orationis
mee rex meus et deus meus quia ad te orabo domine. Co. Qui biberit a
quam quam ego dabo dicit dominus samaritane fiet in eo fons aque salien-
Verba mea auribus percipe domine Sabbo. tis in vitam eternam.
Intelligite clamorem meum intende voci orationis mee. Ps. Do-
mine ad te orabo domine mane exaudies vocem meam. Gr. Si am-
bulem in medio umbre mortis non timebo mala quia tu me
cum es domine. ℣ Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Off. Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuum ut non dominetur
omnis iniustitia domine. Co. Nemo te condempnavit mulier
nemo domine nec ego te condempnabo ita amplius noli peccare. Dominica iiij.
Letare ierusalem et conventum facite omnes qui diligitis eam
gaudete cum letitia qui in tristitia fuistis ut exultetis et
sacietemini ab ubertate consolationis eius. Ps. Letatus sum in his
que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Gr. Letatus sum in